Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nem tu deus in omnibus quesumus. Bene
dictam Adscriptam Ratam Rationabilē
acceptabilemq; facere digneris ut nobis Cor
pus et Sanguis fiat dilectissimi filij tui do
mini nostri iesu xpi. Qui pridie quam pa
teretur accepit panem in sanctas ac uenerabi
les manus suas eleuatis oculis in celum ad
te deum patrem suum omnipotentem tibi
gracias agens. Benedixit. Fregit dedit di
scipulis suis dicens. Accipite et manducate
ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum.
Simili modo postea quam cenatum est ac
cipiens et hunc preclarum calicem in sanc
tas ac uenerabiles manus suas item tibi gra
cias agens. Benedixit dedit discipulis suis di
cens. Accipite et bibite ex eo omnes. Hic e
enim calix sanguinis mei noui et eterni te
stamenti mysterium fidei qui pro uobis et
pro multis effundetur in remissionem pec
catorum. Hec quociensciumq; feceritis in
mei memoriam facietis. Hic extende te in
modum crucifixi sic dicens: